



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 54. Usus orationis quadraginta horarum ante quadragesimam a Paulo V.  
confirmatus, auctusque.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII. bergæ eruditionis Historicæ Professa  
 A. C. 1606. nominatus, die octava Januarii natura  
 debitum solvit. Varia argumenta carmine  
 tam latino quam Græco pertractabat  
 ex quibus præcipue celebrantur tyro  
 nia Christianæ Theologiæ, historia Eccle  
 siæ seu populi Dei, politiæ ejusdem  
 & rerum præcipuarum, quæ in illo pe  
 pulo acciderunt, libri novem Palæsti  
 næ seu historiæ Sacræ, & historia vitæ  
 & doctrinæ Lutheri præter alia quam  
 plurima ejusdem generis carmina.

## §. LIV.

*Usus orationis quadraginta horarum  
 ante Quadragesimam a Paulo V.  
 confirmatus, auditusque.*

*Thyers l. 4.*

*cap. 17.*

*Lambert.*

*Card. Vol. I.*

*notif. 14.*

*Scripta. Soc.*

*de var. Reb.*

Referunt nonnulli, quod jam ante  
 Christi millesimo quingentesimo tri  
 gesimo quarto Franciscus II. Mediolan  
 Dux in memoriam quadraginta horarum  
 rum, quibus Christus Dominus in se  
 pulcro jacuit, hortante Bono Cremo  
 nensi quadraginta horarum supplicatio  
 nem coram exposito Sanctissimo habet  
 præceperit, non desunt tamen, qui  
 hujus consuetudinis originem P. Josepho  
 Mediolanensi Capuccino in acceptis re  
 ferendam censeant: ut ut sit, certum  
 tamen est, quod Clemens VIII. plenæ re  
 missionis gratia iis, qui saltem

*unam horam orando in ejusmodi Templis* Sæc. XVII.  
*perseveraverint, concessa, hunc usum* A. C. 1606.  
*Romæ perpetuum in Ecclesiis haberi*  
*mandarit, & Paulus V. die deci-*  
*ma Maji anno 1606. has indulgentias*  
*per commodum tempus orantibus indulse-*  
*rit: Minus tamen certo constat tempus,*  
*quo devotio quadraginta horarum tri-*  
*bus ultimis Bachanalium diebus ante*  
*diem cinerum fuerit introducta: Car-*  
*dinalis Lambertinus, postea fel. Rec.*  
*Benedictus XIV. Pontifex æterna me-*  
*moriam dignissimus ex Annalibus colligit*  
*hanc consuetudinem introductam fuisse*  
*primum sæculo decimo sexto: nec id*  
*in dubium vocare audemus: hæc ta-*  
*men devotio nondum specialis Indul-*  
*gentiæ gratia tum locupletata videtur;*  
*exstat enim Epistola Claudii Aquavivæ*  
*Societatis Præpositi Generalis, qui Ro-*  
*ma die decima quarta Januarii hoc an-*  
*no ad Superioris Germaniæ Provincia-*  
*lem hæc perscripsit: Movit nos frequens*  
*concurfus, quem in Ecclesiis nostris ad ora-*  
*tionem quadraginta horarum, quæ triduo*  
*ante quadragesimam institui solet, fieri au-*  
*diebamus, ut Indulgentias aliquas a S. D.*  
*Nostro, quas consequi per id tempus liceret,*  
*postularemus. Annuit ergo supplicationi*  
*nostræ, & eas concessit, quas R. V. hoc*  
*Brevi Apostolico comprehensas videbit. Quod*  
*quidem ad ipsam propterea mitto, ut singula*  
*exem-*

Sec. XVII. *exemplaria in singula Provinciæ loca distri-*  
*A. C. 1607. buat, ac primo quoque tempore, ne hujus*  
*anni fructus intercidat, perferenda curet &c.*  
 Ex his igitur literis colligi videtur, tum  
 primum hanc devotionem ejusmodi  
 Indulgentiis fuisse auctam, hasque in-  
 dulgentias nonnisi Societati fuisse in  
 ipsorum Templis concessas.

## §. LV.

*Actum de dissidio Papam inter & Ven-*  
*etos componendo.*

*Hist. des*  
*differends*  
*entre le Pape*  
*& la Republ.*  
*l. 6. p. 301.*  
*Calmet hist.*  
*Eccles. de*  
*Lorr. l. 32.*  
*Supplem. alla*  
*Istoria di*  
*Venez.*  
*Controv.*  
*mem. inter*  
*Paul. V.*  
*& Ven.*  
*Thuan. l. 137.*  
*Ferreras*  
*hist. Hisp.*  
*tom. II.*

Cum interim acriter circa dissidium  
 Papam inter & Venetos libellis dis-  
 ceptaretur, Principes quidam armis  
 pro suo quisque affectu in alterutro  
 partis opem parabant, cunctis compositæ  
 dissensionis honorem sibi vindicare cer-  
 tantibus. Præprimis Fontanus Comes  
 Mediolani Prorex se in Pontificis au-  
 xilium plusquam viginti Hispanorum  
 millia in aciem educturum jactitabat.  
 Vicissim Batavi ex Pontificis odio  
 maritima Venetis, si periclitarentur  
 subsidia promissere, quibus tamen a Se-  
 natu actæ per literas gratiæ multa ve-  
 borum comitate. Sollicitabant quoque  
 Veneti Valdemontium Comitem Caroli  
 Lotharingiæ Ducis Filium ac supremum  
 Reipublicæ Belliducem, ut sex millia  
 Gallorum & Germanorum conscriberet  
 E con-